

quam quod ille qui peccator non erat, sed omnium gratiarum nitor, lustraretur in aqua quasi peccator.

14 Iccirco dixit purificandus renuenti: *Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam Arabic. Perficere omnem rectitudinem.* Tu per obedientiam legem: ego per humilitatem: igitur si perfectio obtinetur, dum lex perficitur: maior utique, ubi legis immunis, pro perfectione legis, purus, immaculatus, amoris vehementia ductus, subditur purificationis legi, quin per legem indigeat ulla purificatione. Perfectio quarendae, & ex iustitia. Abelit iustitia longe in baptisate Christi, quandoquidem nec urgetur crimine, nec premitur lege: ceterum incit humilitatis perfectio, & amoris magnitudo: siquidem nulla maior, ubi lex nulla, vel minor: quam qui nullam habet maculam, purificationem appellare iustitiam. Non tantum dicit *iustitiam*, sed *omnem*: id est, summam iustitiam, iuxta Scripturam *stylum: omne bonum*; videlicet, bonum summum: vocatque Christus summam iustitiam, ultrò procedere in baptismatis aquam; quoniam si perfectio legis, baptizari propter crimen: summa, purificari præter legem. Nescientia Joannis, iustitiam summam impletæ erat notissimus index. Cognoscebat peccatores ob crimina, purificandos baptismi. Vidit Christum accedentem baptismi sine peccato, & omnino nescivit, dum Christus ultrò purificandus se obtulit, ut summæ summam perfectionem impleret; quia si per puritatem cognoscendus, qui innocens agnus; dum Christus similis alijs, non similis, necessarium erat, nesciri inter peccatores.

Matth. 3. 15

Exod. 33. 22.

Ubi supr.

Perfectionis dissimulatio, humilitatis perfectio.

quia si in criminoso lustrationis necessitas, in Redemptore fulgurabat humilitas: maior utique in voluntaria prorsus purificatione, & lustratione baptismi humilitatis auctoritas; ut quod solummodo humilitas, cunctis nescientibus videretur necessitas. Magnificaretur, si Redemptor agnitus in lavacrum descendisset: & qui baptizari nescit, antequam manifestaret; ut in ignorantia Christo exhiberet obsequium, dum ultra necessitatem ultrò suscepit baptismum: siquidem Christus nolebat laudem ex humilitate, sed humilitatem duntaxat ex lustratione.

16 *Ut manifestetur.* Quid valeat amoris lex, dum videtur peccator, qui venit sine crimine Redemptori: quandoquidem descendens in lustrationem, propter charitatis legem; dissimilis peccatoribus à Joanne manifestatur, dum similis peccatoribus per lustrationem videtur. Nihil de opinione cogitat, quem amor vulnerat: quin possit famam amittere illustrem, qui immunis perficit legem: etenim si mundus superbus despicit, cœlum & apertum laudit, ut astruat pulchritudinem amplioiorem, ubi mundus arbitratur amittere pulchritudinem: igitur Christus veniens in baptismum, factus, & cœlo & mundo spectaculum, speciosus forma exivit præ filiis hominum. Perpende *Ubi supra* *Vidit Iesum venientem*, dum alij tracti per crimen. In his necessitas, in Christo voluntas, aucta pulchritudine, ex deformitatis indice: equidem non commendavit, ubi in lavacrum descendit, quod lex necessario traheret, sed quod ipse ultrò veniret; ut quem purum duxit, pulchrumque perduxit amor, post vestigia peccatorum manifestaretur pulchrior. Deducet hominem peccatoris forma, verum decet humilitatem apparentiam; ut fiat equalis in satisfactionis speciem, qui omnino dissimilis per internam puritatem, quin exterior fordescat deformitas; quem interior deaurat pura venustas; siquidem Christus accedens in lustramentum speciosus, manifestatur per lustrationem pulcherrimus.

17 Pater iam, unde Virgini-Matri speciosa pulchritudo, & eximia ex specie imperfectionis perfectio: equidem nacta pulchritudinis encomium, abiens post vestigia gregum; ut quæ omnino dissimilis, quia similis, pulcherrima inter mulieres. Alias feminas pro impuritate in puritatem lex vocat: humilitas summa Virginem inquit, ut veniat; purificata ex lege, non indiga legis purificatione, & deformata conformitas, ut non appareret humilitas, sed necessitas: & summa, ex promptissima Virginis obedientia;

Maiores ubi videtur necessitas: quæ pua à vniuersalitat.

Floret pulchritudine ex ipsa deformatione.

Ubi supra

Christus speciosus ex lustratione pulcherrimus.

Virgo purissima legi respondit non vocata.

tia: quandoquidem ultrò venit in lustrationem, quin ultrò expectaret legem. Si se novit, sanè pulchra. Si se non novit pulcherrima: pulchra, si se novit matrem: pulcherrima, si se matrem, ad legem ignorat Virginem; quippe tunc ut pulchrior manifestatur, dum mater-uirgo necit. Pro maculatis ex puerperæ matribus, tulit Moyses legis formam. Sese Virgo nesciebat, quia nullam habebat maculam: & sese subdit legi in purificationem: quanvis se novit, impuritatem nescientem: equidem si summa ex humilitate pulchritudo, celestium gratiarum studiosa depressio; mater pulcherrima nitet mulierum, si filius speciosus præ filiis hominum.

Ideo inter feminas pulcherrima.

Cant. 6. 9.

Petr. Cluniac.

Psal. 111. 4.

2. Cor. 4. 6. Iob. 3. 9. & 38. 12.

Iob. 24. 17.

Ibid. 25. 5.

Isal. 60. 20.

Eccl. 43. 7.

Apoc. 6. 12.

Psalm. 35. 10. & 138. 11.

et: in frustra tenebræ: hæret originis: in cœlo manet, & suo se lumine condit: obstantia solvit, & sibi sufficit: quandoquidem ut rutiler amoris, obedientiæ, ac humilitatis speciositas, studiosè crescentes duplicat umbras. *Misit lex tenebras*, verum minime obfcuravit. In reliquis feminis *posuit tenebras, & facta est nox*; in Virgine posuit tenebras, & facta est lux: etenim progressa & egressa à templo pulchra quasi Aurora, pulchrior ut Luna, electa ut Sol, inter mulieres pulcherrima. Ita *Pulchrior obscuris Aurora intermicat umbris.*

Ibid. 104. 28. Ibid. 103. 20.

Picinnell. Ruff. Felt. Gell.

*Desuper in nubes rutilantis lampade Luna, Forsitan & rosta Sol altè lampade luens.*

DIDASCALIA VI.

In munere Christi circuncisionis, fax accensa charitatis.

Subditur Virgo Aurora lucis purificationi. Etiam Sol factus sub lege. Magna enim iudicia tua Domine & inenarrabilia verba tua! igitur non tantum legem intruis in rebellent; sed portare legem fecisti Auroram & Solem. Circuncidit puer, ut consummatis dies octo à nativitate.

Christus quare sub lege?

Religio veneranda pijs, & fœderis iſtè Lex patribus sancta, atque inviolabile pactum. Quod renuit temerare puer. Uti canit Soufa lib. 6. de *Christi. nativitate*. Ita pactum cum Abrahamo, sed pro tempore: ut gens electa inter gentes nosceretur à cunctis circuncisione: & modo puer Deus suscipit legem ab ipso cui dedit? Infit idem.

Soufa

Fundit & illustrem chara pro gente cruorem: Hebraeo de more, tener, qui iura daturus Venerat in terras, & non dissolvere legem. Ad illustrandam sacram huiusmodi historiam, operæpretium, præmittere fabulam. Fictum est, Atlantem sustinuisse cœlum: unde Virgilius 4. *Aeneid.* ver. 481.

Idem

Atlas cœli portans.

Maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Virgili

Et Æschylus in *Promethesthe*. Illi pondera

Æschylus

Solem ad cadentem sustinet prægrandia, Cœli columna.

Traditum huiusmodi onus Herculi, ut quiesce-

Traditur etiam Herculi.

esceret Atlas, & ille monstraret vires strenuas; verum cum hacine conditione, nimirum quod redderet Atlanti. Quapropter Picinicus in Mund. symbol. lib. 3. num. 58. objicit sic Alcidem, cum lemmate: Donec reddatur Atlanti. Appositè dicere possum, quod Lucret. lib. 4. de Rev. natur. vers. 324.

Longæva vetustas

Lucret. Cuncta situ involens & res & nomina delet.

Tradita fuit circumcisio Abrahamo tanquam cælum, iussitæ fidei signaculum; ut humeris filiorum portaret, & illocunc usque ad tempus destinatum sustineret; donec redderet Atlanti, qui cælum circumcissionis humeris illius ac cervicibus imposuit. Venit plenitudo temporis, in quo misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege; & die octavo circumciditur puer: aboleturque circumcisio à puero, vulnere accepto, onusque ab humeris tollitur; quippe tantummodò impositum, quousque Atlanti Salvatori redderetur, qui præ amore vulnus & onus legis impostæ accepit, ut dolores nostros vel ab infantia portaret.

Cælum humeris Atlas tulit, Alcidesque vicissim.

At cælum & terram fert simul unus amor.

Oth. Væn. Robur amoris enim non cedit viribus ullis, Hercule & Atlante hinc maior habendus amor.

Abolita per circumcissionem circumcisio. Canit Otho Vænius Amor. Emblem. 19. Sanè amor, & maior amor, igitur nullus sublimior: quandoquidem qui portavit omnia verbo virtutis; portavit, ne portaretur, & legem circumcissionis.

De nive, ait Plinius lib. 11. cap. 35. Vetustate rubescit. Diximus ex Profanis Tautolog. 1. num. 17. rubentem nivem. Unde Alvinovanus ad Liviam. insit: Purpurea sub nive terra latet.

Cæterum nos latebat causa, unde nix rubra. Si rubescit, quæ candida, vetustate; claret proculdubio, unde purpura pueri: igitur si nix candida, & iam rubra, in nive puerilis circumcisio carnis, non aliunde nisi ex vetustate legis. Candidus debet esse recente nativitate, quia & natus ex Virgine, & etiam in carne candor lucis æternæ; sed apparuit candidus & rubicundus, ferens ultrò legis onus, & effundens illicò sanguinem innocentem; ut legis lætæ susciperet vetustatem. Non alitercetur læta lex illum, ab illo læta, ni in nive carnis appareret purpura. Flos rutilus candore apparuit, & dudum tempus putationis advenit. Emit san-

Cant. 5. 10. Quomodo Christus occulsi rubri candoris

guine Abraham circumcissionis signum, dum portavit legis cælum: circumciditurque puer Atlas, pupus gigas; ut constaret effuso circumcissione cruore, quòd cælum legis iam reddebatur Atlanti.

4 Redditur, & sustinet, accepto vulnere pro dilectionis multitudine; quippe summum lenocinium amoris, pro ductis in summum effusio sanguinis.

Vulnus alit venis.

Dixit Virgilius 4. Aneid. vers. 2. pro summi vulnere amoris. Quid mirum, si suavis plaga; ubi plaga, vulnere medicina? Quid mirum, si solamen effusio sanguinis, si vulnus alitur venis? Concidit me vulnere super vulnus: dicebat Iobus ob nimium dolorum acerbitatem: non fecus puer propter nimiam dilectionem: igitur irruit vulnus circumcissionis super vulnus charitatis, quod superfederat venis. Super dolorem vulnorum meorum addiderunt: David exclamavit, ubi puer recens natus, circumcisus exultat; quippe dum plura vulnera & ampliora, amplioris amoris signa. Super vulnorum dolorem. Puer, super vulnorum blandimen: igitur nihil magis amantis vellicat pectus, quam vulnus & acerbus super vulnus. Vulnus & vulnus. Verum si unicum ex scissura carnis, unde congeninata vulnera, atque vulnerum dolores? Vulnus etiam venis: & dicit, quòd addiderunt, dum carnem iuxta legem circumcidereunt; non folium quia vulnus legis super vulnus faucij cordis, sed quia exprimere debet vulnere corpus, amoris idè etiam pro vulnere vulnus. Hicine præexcellens amor signatus in lege, iugi sacrificio agni, matutino scilicet & vespertino, & sanguinis effusione. Numer. 28. 3. 4. etenim Agnus Dei, ut mundi immundi tolleret peccatum, sese Patri obtulit matutinum, atque vespertinum sacrificium; effundens sanguinem tam in vespertino crucis, quam in matutino circumcissionis. Utrumque contemplatur Augustinus, dicitque de Tempor. Sermon. 23. In passione pretium, in circumcissione amorem & voluntatem ostendit. Utrumque sacrificium est amoris demonstratio: quod crucis, sanè circumcissionis perfectio: quomodò in circumcissione extremum amoris & charitatis; si maiorem nemo, quam qui ponit animam pro suis amicis? Quid si pro inimicis, & in mortem crucis? Unde igitur amor circumcissionis expressior? Unde ex vulnere levi insignior? In cruce sanguinis effusi nactus est pretium. In circumcissione sine pretio quòd pretiosum: & maior sanèquam amoris nota, ubi effunditur sanguis, quasi effunderetur fructus.

Virgil.

Illi vulnus delictum.

Iob. 16. 15.

Plal. 68. 17. Vulnera, etius amoris insignia.

Num. 28. 3.

Quodnam Christi sacrificium matutinum, & vespertinum?

August.

Ubi vehementior amor?

Sedul.

Plaut.

Isa. 28. 16. 1. Pet. 2. 6.

Matth. 27. 6.

In pretioso amoris insigni signum non quære pretium.

Amavit Christus, ut amaret.

Non novum pretium appetitum, atque sine pretio pretium. Quare Sedulius l. 5. Carmin. vers. 42. ait: Parvâ mercede, nec illi culpa datur pretio: & Plaut. in Epidic. act. 1. scen. 2. vers. 17. Emere pretio pretioso velim.

De quo Nos latè Tom. 6. Tautolog. 3. Sanguinis Christi vel guttula superabundanter sufficiebat in redemptionem orbis; ut homines tyrannicæ iugum excuterent prementis captivitatis, abolitâ primâ ex origine culpa, & apertâ cœli portâ: verum Deus non acceptavit, ut iussit sanguinem circumcissionis, sed tantum sanguinem crucis. Modò observandum, quo ordine directè theandricæ operationes in redemptionis hominis ædificium. Ecce ego mittam in fundamentis Sion, lapidem pretiosum, dicitur per Prophetam Evangelicum; usurpante Petro in eundem scopum tellimonium. Pretium appetiati quem appetiaverunt: dicitur ab Evangelista. Occurrit illicò contemplanti differentia. Idem lapis Christus est undecunque pretiosus, usurpante Petro in eundem scopum tellimonium. Pretium appetiati quem appetiaverunt: dicitur ab Evangelista. Occurrit illicò contemplanti differentia. Idem lapis Christus est undecunque pretiosus, Quare igitur in fundamento minimè appetiatur pretium; & dum consummatur ædificium, indigitatur & pretium & appetiatur? Propter expressionem vehementis amoris Christi, fuso sanguine è circumcissionis vulnere. Effundere cruorem pro dilectis (maximè infantem) claret demonstratio amoris in summam pectoris fidem; igitur elargitur ultrò in pretium, quicquid intra venarum ambitum claudit pretiosum; ut nanciscantur libertatem corda, si fortè sub tyrannide captiva. Totus Christi conatus fuit redemptio humani generis, pro quo effundebatur in circumcissione sanguis. In circumcissione effudit, sed hominem non redemit: taceturque in fundamento redemptionis pretiositas sanguinis; ut vis eluceret amoris: igitur insigne, effundere sanguinem in redemptionem pretiosum, & non habere in solamen effusi sanguinis pretium.

6 Clarius. Probatio charitatis est exhibitio facti atque perfecti operis. Opus eximium fecit, dum sanguinem pro redimendis effudit: & ostenta vehemens pectoris charitas, quia sanguinis minimè attempta pretiositas: siquidem non acquisivit redemptionis fructum, etiam effundens redemptionis pretium. Effudit puerulus sanguinem, ut solummodo ostentaret amorem; & dirigeret redimendorum uniuersusque animam, in eminentiorem charitatis viam: igitur in pretio missa momenta pretij, in demonstrationem charitatis

pro sola demonstratione. Spes est amantibus, & mensa grata. Hinc vel divinus amor passitur inter lilia: in cuius intuitum Otho Vænius, ubi supr. Emblem. 16. 30. accinit: Spes est que fovet, spes est que pascat amantem, Susceptamque semel constanter servat amorem.

Cantic. 2. 16.

Oth. Væn.

Spe tendit in ardua, ut studijs, & officijs demulceat corda; & si opus fuerit, in pectoris ostensionem etiam effundere sanguinem, pro levamine & subsidio captivorum. Fecit puerulus in circumcissione obsequium; sed sine spe libertatis, etiam exhibitio pretio, ob defectum acceptationis: ceterum eminuît flagrans charitate pectus, ubi non visus sanguinis pretiosi fructus: etenim dedit ut daret, & ita daret, non quasi effunderet sanguinem, sed ut produceret. Necessaria sanguinis effusio, ut hominum conficeret redemptio: quæ quidem per illum copiosa, sanguine fuso, è circumcissione admittit: igitur præmittit, pro redemptione quantum in cruce atque in morte pretium; ubi circumcisus pretium obtulit non necessarium. Ex circumcissionis fundamento in salutem generis, emicuit fax accensa charitatis, quam mittere cupiebat in cordium terram; ut perduceret, ad quod venerat, in gloriam: subiecturque pretium in pretiosissimo obsequio; ut ex istrenis cognosceret homo, quid facturus in generis redemptionem, qui ita sanguinem effudit propter solam charitatem. Pretio sanguinis nactus acceptabilem populum, operum sectatorem in cœleste ac stabile regnum; & modò effudit, ut amor amplius claret: igitur demonstravit pretiositatem amoris, quin ex sanguine haberet vel pretium sanguinis.

Flagravit vehementer pectus, quia sanguinis tunc non fructus.

7 Præcogitavit & articulum Iobus, ut in circumcisio rutilaret ætuanus animus. In petris (ait: alij, in petra.) rivulus excidit, & omne pretiosum vidit oculus eius. Sanctius in Paraphras. subdit pro Pretiosum, Occultum, dicens: Quod intus latet. Appositè observatur, quòd Deus Pater rivulos in petra scidit; igitur puer circumciditur, dum nomen imposuit. Circumciditur & Iesus vocatur. Nomen vulnereum: dicit apertè Viegas in 2. Apocal. Comm. 3. sect. 5. num. 5. siquidem amor eius respuit nomen, priusquam effunderet sanguinem, Viegas. Nomen utique novum, quod os Domini nominabit. Hebr. Os Domini perfurabit. Igâ. 62. 24. Nomen amoris, & Salvatoris est nomen vulnereum, nomen insigne atque novum: igitur

In munere circumcissionis fax accensa charitatis.

Iob 10. 24. Sanct.

Cur Iesus nomen vulnereum?

Luc. 2. 24. Viegas.

Igâ. 62. 24

igitur si pretio sanguinis acquirenda excellentia nominis, & optatum eleutherium libertatis; novum sane dato pretio (quo captivorum remissio) quod tantum nomen haberet, & hominis redemptionem non acquireret. Verum de nomine Salvatoris, Tautolog. 12. D. 5. num. 23.

8 In petra Christo rivos sanguinis excidit Pater celestis. Dum sanguis profuit, & omne pretiosum vidit. Sit, siquidem videns crucem, visus pretiositatem. Verum aliquid per emphasim expressum, in testimonio notandum. In pretioso pretium est. Quorsum ergo si pretiosum videtur, pretium absconditur? Si in sanguinis rivulis totum lytrum redemptionis; quare duntaxat a vidente, sine lytro videtur pretiosus sanguis? Ut amplius pateeret amor circumcisi pueri, cruoris effusi tacita pretiositate: siquidem pretium in pretioso Pater celestis videret, si pretiosum in pretium acceptaret. Sanguini redemptio promissa est, sed minimè tunc; quin amoris caderet flamma, ubi quasi in tenebras lux accensa, ut videretur sanguis & non videretur, infans ubi circumciditur: equidem in sanguine ostendit pretium amoris, quanvis in maius pretium celeriter pretium sanguinis. Pretiosum Pater in petra excavata vidit, & etiam quod intus latet. Quid latet intus? Pretium. Pretium, & patet pretiosum? Utiq; in pueri blandimen, ut cordis faucij demonstraret amorem: quidem nihil magis æstimabile, ac in vulnerato insigne; quam quod esset pretioso in sanguine pretium, & pretium esset occultum. Hinc fervor Christi pectoris, & incendium summum charitatis, accepto vulnere ex vulnere, protracta usque in tempus hominum redemptione, & tunc exhibita pretio sanguinis: igitur vulnus & validum vulnerati amore cordis; quod pretium Deus Pater non acceptaret, in sanguine licet viderit. Vidit & non vidit. Vidit pretiosum, ceterum non vidit pretium: & pectus Filij sauciatur; quia sic homo, & facta sic circumcisio: etenim novum vulnus, dum saucium corpus; quod videret palam redemptionis sanguinem, nec guttam in redemptionem. Patet unde in infante vulnus vulneris, quanvis cum pretiositate amoris.

Cur nomen rivos?

Sine pretio sanguinis Christus ostendit pretium amoris.

Erat in sanguine pretium, sed absconditum.

9 Rimemur, quid de hoc hinc sacrificio matutino dixerit Agnus post finem cœnæ, dudum quam matutinum consummaret in cruce. Opus consummavi, quod Ioan. 17. 4. dedisti mihi ut factum. Ut facerem, vel ut perficerem? Ordo sane sententiarum

invertitur. Nihil post consummationem fit. Quidnam est hoc? Vel consummaverat vel non. Si consummaverat, quid faciendum ultra summum? Si non consummaverat, quæ lege opus consummatur? Ergo dicat, opus teci, quod dedisti mihi, ut consummarem; & nequaquam opus feci, quod credidisti, ut perficerem: igitur perfecturus in cruce, quod ceperat ab ipsa circumcisione. Nullo modo: in circumcisione facta operis consummatio. In ipso principio? Utiq; igitur opus consummatur redemptionis, si acceptaretur et circumcisio sanguis. Hoc opus remissionis originarie labis insigne. Non fit ex lege remissio sine sanguine: & quod in circumcisio consummatur, dicitur in cruce etiam perficiendum; quia acceptandum pretium sanguinis in ara crucis; & non acceptum in actu circumcisio: siquidem pretium in pretioso Pater celestis videret, sanguinis pretium; minime Filius in cruce perficeret consummaturum.

An redemptionis consummavit opus, dum circumcisio nis passus est vulnus?

Deut. 4.

Maius illi vulnus; ex eo, quod opus perficeretur, quam perficeretur opus.

Math. 5. Maior caritas; ubi ultra subiecta ex toto libertat.

10 De lege loquitur Moyses, dicitque Israëlitis: Observabitis & implebitis. Ad quid igitur geminatur in lege verbum? Nonne impletum, quod observatum? Nullo modo: igitur potest esse observatio, & non acceptio. Patet in Christi circumcisio, effuso & corpore sanguine, qui quidem propter pretiositatem, quinimo stilla, sufficiebat in orbem: propter redemptionem sanguinem fudit, legem circumcisio nis observavit: ceterum quod observavit, implendum, ut faceret consummaturum: quandoquidem effudit sanguinem, & implevit legem; veruntamen non implevit redemptionem. Opere implebitis & observabitis. Est in opere observatio, & est impletio. Observatio legis fit ex lege. Impletio legis, amore. Observatio legis ex obligationis incumbencia. Impletio ex operatione voluntaria: & dicitur legis impletio, dum creditur observatio; quia tunc lex habet omnimodam plenitudinem, si agnoverit erga se mancipatam libertatem. Non veni solvere, sed adimplere: dixit N. Assertor. Cur non dixit observare? Quia liber a lege in legis observatione: & cum amoris sit libera observatio legis; & Christus torus amoris; splenduit in circumcisioe charitas; ubi legi

legi sine lege subdita ex toto libertas: siquidem ex captivitate libertatis, ex plenitudine legis, legis ostendit observationem, ut amoris exprimeret plenitudinem. Verum de hoc egimus Didasc. antec.

11 Singularis pendenda plenitudo amoris, ex plenissima observatione huiusmodi legis. Observavit & implevit. Cur igitur nec dicitur impletio, nec observatio? Tempus in manus dicitur consummaturum, ceterum manus ab Evangelista præterminis. Postquam consummatus sunt dies, ut circumcideretur puer. Lex in opus recolitur, a puero sanguine, ac vulnere impletur; & opus ita insigne ex industria prætermittitur? Sanguis clamat. Ipse, qui sauciatus, dicat. Sacramentum Eucharistiæ instituit, corpus tradendum inimicis, discipulis tradidit, calicem sanguinis dedit, & illis dixit: Hic est calix in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Iam in circumcisioe effusus. Quare huius effusionis non meminit, facta palam memoria sanguinis crucis? An quia totum non dedit? An quia guttatim? Amor demonstrationem tacuit, quasi erubesceret: igitur arbitratur amorem plenum, ubi non solum se dederit, sed se totum. Ergo in proposito Didascalie. In passione Dominus ostendit sanguinis pretium. In circumcisioe per sanguinem solum amorem pretiosum: & in passione dilectis fundendum sanguinem dicit, in circumcisioe cruoris effusionem tacet, in plenissimi amoris ostensionem, atque charitatis plenitudinem: igitur ostentatio amoris ex demonstratione magis claret; quando demonstrationem vel effusione sanguinis, quasi demonstrationem non ostendit.

Luc. 2. 21.

Id. c. 22. 20.

Amor totus amor pietatis.

Amor Christi magis quia habitus, & non ostensus.

Ioan. 14. 31

Eius amor perficitur, ubi ostensio non ostenditur.

12 In præfata ultimarum cœnæ concione, præ obedientia promptitudine, angelis dixit passionis instante tempore: Ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Surgite cœnis. Sæpe hoc hinc illustravimus testimonium, & nonnunquam offendimus novum mysterium. Pater sic dilexit mundum, id est, hominem iacentem; ut filium suum unigenitum daret in crucis mortem. Ob isthoc propositum decreto paruit, & mortem ulterò subivit. Cur ergo dicit, passionem oppeteretur cognoscat homo, quia diligit Patrem, & non quia diligit hominem? Hominem & summè diligit: mors & acerbissima & ignominiosa ostendit. Si sanguis demonstrat, è toto corpore etiam totus emanat. Quare si propter hominis amorem tot officia summæ charitatis per-

ficat, fieri propter hominem studiosè tacet? Quia summè diligit. Est in amore obsequium, & obsequium summum. Mira facere pro dilecto, est obsequium amantis: ostendere mira facta, non est obsequium amoris, quia facit tantum ut faciat, amat, ut diligit. Aliquid extra se inquirat, quando fatagit cognosci. Perficitur, ubi ostensio non ostenditur; quia amanti summè vel magna semper videntur exigia, ob summum cordis obsequium; igitur obsequium summum; ob amorem totum sanguinem effundere, & quasi studium amoris ostendere, non audere.

Illi vel magna videntur exigia.

13 Novà luce lustratur hoc hinc amoris singularis studium. Pater propter hominis amorem præcepit: Christus etiam obediit: & amorem erga hominem, signat uti amorem erga Patrem; ut amor vehemens magis sine ostensione claret, dum summa tacere pro dilectione cogitat: etenim si sanguinem & totum fudit pro homine; in pectore amante insigne, quod propter homines faceret, & propter homines facere, non ostendisset. Pretium sanguinis Christi inestimabiliter pretiosum, fuit redemptio hominis à dira captivitate. In hoc amor vehementer tendebat, in hoc charitas instabat: taceturque erga hominem charitas, etsi clamet sanguinis effusionem pretiosam; quoniam amorem volebat dicere amorem, si simul hominibus ostenderet libertatem. Harum cogitationum officina erat charitas summa. Vadit in crucem ob amorem Patris: stabit in cruce ob dilectionem hominis. Quousque redemptio fiat, erit amoris solummodò demonstratione, sed non redemptione: dicitque, quod Patri celesti parer, dum se tradidit pretium, ut nos redimeret; quia noluit in amore vocare amoris studium, quousque monstraret redemptionis pretium. Propter hominem consummaturus redemptionem: igitur illum diligebat propter nimiam charitatem, quin ille haberet aliquid boni, quo posset diligi. Charitas & amor est, dum ostenditur; nimius verò ubi non cognoscitur, & utilitas perficitur: tacetque heri per studium amoris, quod opus ingenium meditatur charitatis; ut duntaxat per opus in ligno crucis perfectum, nimium charitatis cognosceretur studium. Mundus enim non cognovit: dicit Ioannes. Quod theatrum humanæ ingratitude obijcitur, eximia charitatis Christi læve speculum videtur. Expectabat homo redimi ex captivitate, de qua nisi per amorem nequibat surgere, etiam voluntarium dedi. Redemptor venit,

Amor cognitus, quia nò agnitus.

Eius ingenium.

Et summum in quò.

Ioan. 1. 19

venit, mundus eum non cognovit; sed crevit summè Salvatoris amor, ubi summè prævaluit hominis error, eò quod conditio humana redemptionem haberet, & priusquam Redemptorem cognovisset.

*Nulla fit mentio pretiosi sanguinis, primum capivnit ut homini.*

14 Nec clam est modò, cur ab Evangelista subicitur circumcisio. Tempus venit, sanguinem & pretiosum Salvator fudit: & noluit indicare, esse amoris studium; quoniam dicere nequibat sanguinis pretium. Pretium sanguinis non erat pretiosus sanguis; sed redemptio humani generis, quam vehementer cupiebat, quoniam amore flagrabat: & dum sanguinem fudit, præ amore fusionem tacet: quoniam erubuit, pretiosum sanguinem quasi

obsequium demonstrare, & hominis captivitatem permanere. Si illòtunc sanguinem demonstraret, in Redemptore homo redemptionem cognovisset: & circumcisio in munere circumcisionis prætermitteretur; ut amor vehementior ac flammantior cognoscatur: igitur claruit, dum captivitatem exiit, priusquam Redemptorem nosceret. Vulneraris, & vulnus regis? Militia est vita hominis super terram. Incipe parve puer experiri militiam. Nobis salus, si tibi vulnus. *O columen, salusque gentis!* Dicam cum Sidon. Apollinar. in *Laud. Narbonæ*, vers. 38.

*Sed non hinc videaris fortè turpis. Laus est amplior, amplior cicatrix.*

Sidon. Apoll.



TAU

# TAUTOLOGIA TERTIA.

NE FORTE VIDEAS SOLEM ET LUNAM,  
& errore deceptus adores.

Deuteronom. 4. vers. 19.

EXPOSITIO LITERÆ.



ULTI huic affines pleonasm. Iudicum. 9. vers. 36. Iob. 15. vers. 31. & Ezéch. 45. 20. *In erroris viâ erraverunt.* Sap. 12. 24. *Errant, qui operantur malum.* Prov. 14. 22. *Nequissimi nequissima vita.* Eccli. 22. 12. *In pravitate cordis sui mali.* Ierem. 7. 24. *Impium impietatis.* Deuter. 25. 1. Psalm. 118. 79. & 119. *Impietas impij.* Ezech. 18. 20. & 23. 12. Daniel. 12. 10. *Malus est oculus nequam.* Eccli. 31. 14. *Non erit innocens malus.* Prov. 11. 21. *Statéra dolosa non est bona.* Ibid. 20. 23. & sic alia, quæ pro-

ellivè exponuntur, dilucidatà principali Tautologiâ. Proiectissimi in idolothysiam (id est, immolationem victimarum in obsequium idolorum) non solum fuerunt Hebræi; sed etiam in idololatriam, ut tam ex externa demonstratione constaret irreverentia, quam ex reverentia detestabili mentis pateret perfidia. Neque malis adinstar Phrygum sapiebant: imò rigebant duriore cervice, ac adamantino pectore. Dissipati sunt, nec compuncti. Unde Ieremię exprobranti ex iure audaciam, & impudentiam, degentes in Ægypto post cladem Ierosolymitanam, dixerunt: *Facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, ut sacrificemus Regine cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri.* Ita transgressi verendiciæ fines. Unde queritur Dominus per Oseam 12. 1. *Pasit (ait) ventum, & sequitur aestum, &c.* id est, *cultum idolorum, eò quod instar æstus omnes fructus corrumpat:* inquit Theodoretus hic. Ut indolem Dominus lactaret, quippe gens, est ab illo assumpta in peculium, ut dicitur Exod. 19. 5. deperibat vivere more gentium; permittit Dominus, & præscripsit sacrificia cruentacæterum cuncti claudicaverunt in semitis suis. *Quæ idola adoravit? Gens procax, audax, impudens fronte perfricta, quæ non adoravit idola?*

*Nec mirum si iura Dei gens perfida vitet, Imperiumque neget, lucos quæ semper amavit, Idola dilexit, simili nam more furentes Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabbam.*

Ut canit Sedulius lib. 5. *Carmin.* à vers. 144. Quodlibet vel insigne Conditoris donum torquebat in simulachrum, in fabricam provocantis imaginis, in structuram sculptilis; ita ut etiam aurum à Deo concessum in turpe turpis destinaret idolum; uti queritur per Oseam. 2. 8. Verùm tantum noverat flagitia novis flagitijs defendere, aures obdurare, monitores interficere, scelera sceleribus protegere, quin nosceret vel in excusationem inaurare: quandoquidè protervè & inverecundè desideria cuncti sequentes cordis, ibant in adventionibus suis: non alia de causa sibi placentes, nisi quia illicita obiecta, & si illicita patranda. A seculo contegerunt iugum. Omnes declinaverunt abominabiles facti. Non erat qui faceret bonum, & sequeretur legem, nec unus quidem. Hinc filij Belial sæpè dicti; quoniam Belial, id est, *sine iugo* vox. Illis iucundum quicquid petisimum: lactantes cupiditatem, rumpendo, atque corrumpendo legem. Noverat Moyses cervicem inflexibilem durissimam; & terroribus comprimere intendebat perverciam. Legem præ-

Hebræi primum in idololatriam.

Ierem. 44.

Ose. 12. 1.

Theodor.

Sedulii.

Semper fuerunt dura cervicis.

præ-